



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 77. Ordo sedendi stabilitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Sæcul. XV.** nius, utpote ceteris Cardinalibus anti-  
A.C. 1438. quorem, Præsidem Concilii nominavit  
quædam statuta fuere condita de modo  
quem Cardinales, Episcopi, & Regun  
ac Principum Oratores, necnon Curia  
Romanæ Ministri observarent.

### §. LXXVII.

#### *Ordo sedendi stabilitus.*

**S**equens igitur erat ordo præscriptus  
Cardinales, Patriarchæ, Archiepisco-  
pi, & Episcopi sedeant secundum digni-  
tatum suarum jura, ac ordinationum  
tempora, quatuor Patriarchalibus sedi-  
bus tantummodo exceptis, quæ juxta ju-  
ris dispositionem suum quæque locum  
occuparent. Abbates generales, qui a-  
lios sibi subjectos haberent, mox primum  
ab Episcopis, Electisque confirmatis ob-  
tineant juxta tempus, quo inauguri-  
fuerant. Prælati majores, qui simul Re-  
gum ac Principum Oratores essent, in e-  
dem gradu & ordine sedendi præve-  
dant ceteros Prælatos Oratorum præ-  
rogativa destitutos (Patriarchis duntaxat  
exceptis); Oratores autem non Prælati,  
ac Laici cujuscunque Ordinis in navi in-  
ferioris Ecclesiæ a dextris & a sinistris  
collocentur. Ceteri omnes Officiales Ca-  
riæ, Generales Ordinum, Episcoporum  
absen-

absentium, & Capitulorum Procuratores, Sacul. XV.  
Doctores, Advocati &c. prout in ceteris A. C. 1438.  
Conciliis ordinatum, sedeant: sanctum  
quoque, ut siue quis altero prior, siue lo-  
co posterior esset, nulli tamen Ecclesiæ,  
vel Prælato, Regi aut Principi seu Com-  
munitati inde jus acquireretur, vel præ-  
judicium nasceretur.

§. LXXVIII.

*Sessione II. Ferrariensis Concilii.*

Duabus aliis Congregationibus unde- Annæ Patric.  
cima, & decima quarta Februarii to. 12. Conc.  
habitibus cauffæ, quæ in proxima Sessione P. 1555.  
tractarentur, matura deliberatione dis-  
cussæ fuerunt. Seffio hæc ordine secun-  
da die Sabbati decima quinta Februarii  
celebrata legitur, præside ipsomet Euge-  
nio Pontifice, ac præsentibus septuagin-  
ta duobus Episcopis, ut testatur Justinian-  
us. Igitur re divina per Cardinalem  
S. Marci solemniter peracta Episcopus  
Forojuliensis seu Foroliviensis, nomine  
Aloysius (alii Ludovicum appellant ex  
Ordine FF. Minorum) ambonem con-  
scendit, ac sequens decretum perlegit,  
publicavitque.

§. LXXIX.